

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In detractores. Emblema CLXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

set Martialis Posthumo euidā, qui quod donarat, impensius celebrabat. Lacerat animum, & premittit frequēs beneficiorum commemoratio: quod etiam nō fecit quidam libertus apud Simonem patronum, in Andria Terentii, vbi sic:

*Si tibi quid fecit, aut facio quod places,
Et gratum fuisse animaduertisti, habeo
gratiam:*

*Sed hoc molestum est, nam isthac commem-
moratio,*

*Quasi exprobratio est immemoris beneficij.
Non discedo à lectione Senecæ: Beneficia
dando, ait, imitatur Deum, non scenera-*

*mur. Dignus est decipi, qui de remuncera-
do cogitauit. Iam quod hilares & nudæ
hic Gratia representantur, mera liberafi-
tas, nulloq; iure cogente profecta designa-
tur. Qui enim dat inuitus, nihil dat. Ergo
Fabius Verrucosus dicebat, beneficium
aut homine duro asperè datum, panem la-
pidosum esse, quem esurienti accipere ne-
cessarium est, etli aceruum. At ἡ ἀπό-
δοσις ἢ οὐκ ἔστιν ἀγαθή. Hilarem datorē
diligit Deus. Et nulla sunt maiora benefi-
cia, quàm quæ sunt in accipientis verecū-
dia. Nunc relegatis hinc Gratijs inuidiæ
& detractioni occurimus.*

In detractores.

EMBLEMA CLXIV.



AVDENT flagriferi matula, stupidiq; magistri
Bilem in me impuri pectoris enomere.
*Quid faciam? reddamne vices? Sed nonne cicadam
Ala vna obstreperam corripuisse ferar?*

XI 2 Quid

Quid prodest muscas operosis pellere flabris?
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

COMMENTARI I.

I. **B**INÆ appinguntur manus, quarum altera flabello muscas impo-
nunt ad uolantes abigit: altera non sic agens, motif-
simū intus est genus, ala appictam tenet.

II. **V**ERAM scribendi huius Epigram-
matis occasionem desumptam video è li-
bro, cui Iuris peritorum Nomenclatura no-
men, auctore incerto. Is ergo cum scripta
Zasij enumerauit, hæc que sequuntur sub-
iicit: Sanè multum profuit Zasij pruden-
tia Iuris atq; eximia doctrina, à Frãncisco
Florido sugillata: in quem nomine ipsius
Zasij, Budæi, Alciati, & cæterorum titu-
lo, In Frãnciscum Olidum, accepimus apo-
logeticum, quod sic habet:

*Audent flagriseri matula, stupidiq; ma-
gistri*

Bilem in nos oli di peñtoris euomere.

*Reddemusue vicem opprobrijs? sed nonne
cicadam*

Ala un 3 obstreperã corripere istud erit?

*Quid prodest muscas operosis pellere flagris
Negligere est satius qđ nequeas regere.*

Et quidem, vt facile conijci potest, vna cū
Florido illo, alioqui docto homine, sed
certè parū verecūdo, vt eius scripta restā-
tur, malè feriatu pædotribæ & inepti ma-
gistelli Alciato non nihil detraxerāt, adeo
lolet intabescere inuidia, succellus homi-
num videndo, vt cum Nasone loquar. Vt
enim vix sine fumo ignis emicat: sic excel-
lens quædam gloria comitem inuidiam
vt plurimum habet. Qui vir certè ma-
gnus, cum ægrè ferret se ab huiusmodi li-
teratoribus & magistris importunè tra-
duci, scripsit hoc Emblemata, diserte indi-
gnationis affectu, quo reddit rationē cur
pluribus non respondeat: quippè eum ex-
istimet cum ijs concertare sibi planè in-
decorum esse, quandoquidem minorem à
maiori pronocari nec iustū nec ingenuū
sit. Quo in loco notanda est verborum
energia vehemens, & Satyrice compara-
tionem, succincte quidem, sed acres admo-
dum, & quæ plurimum neruorū habeant.

III. *Flagriseri.*

FLAGRIFERI Flagriones, magistriæ.
pro cõtumeiian flagriferos appellat eius-
modi ticiolos & impudètes obrectatores.
Eodem sensu Plautus in Pseudolo dixit:

— eo enim ingenio hi sunt flagritribæ?
Vbi quidam legunt *Flagritiba*, quasi fla-
grorum mensæ, hoc est, in quorum tergū
ita flagra vberim ingeruntur, vt cœna du-
bia in mensam cibi: Vel quod flagris quo-
dammodo nutriatur. Idem talem in Per-
sâ vocat *Subiculum flagri*. quod assidue
flagris subijciatur.

Matula Matula & Matella vas est, in *Matula*
quod vrina excipitur. Iuuenali trulla, & ca.
Proy Græcis. Festo & Varroni matellio.
Nonnumquam metaphoricè vsurpat
pro homine scetido, impuro, vili, infulto,
meticuloso, ignauro, vano: vt apud Plautū
in Persâ:

Numquam ego te tam matulã esse credidi:
Hinc etiam dicitur, *Aliquem pro matula*
habere. id est, despiciere, pro nihilo habe-
re, & quasi contemptim permeire, Plautus
Mostellat.

*Tam hercle ego vos pro matula habeo, ni-
si mihi matulam datis.*

Germani dicunt: *Fur einen fuehlumpen
halten.*

Stupidiq; magistri communi sēsu ca-
rentes magistelli.

Bilem euomere. Virus acerbatis in *Bilem e-
uomere.*
me etiomere, libellis famosis me profcū-
dere, blaterare. Allegor a ab his, qui con-
coquere nequeunt certos quosdam cibos
præ stomachi debilitate; quod proverb.
citatur ex Aristoxeno Musico apud Pla-
tarch. Sympos. 7. cap. 8. Terent. Adelph.
*Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc
euomam.*

Quid faciam? reddamne vices? Addu-
bito, an par pari referam. Sic addubitare
Ciceronem memini 13. ad Atticum, num
sibi contemnenda cõtumeiia sit à fororis
Attici filio illata, & dissimulanter conco-
quenda: vel an sit euomenda semel & aper-
tè bilis omnis acerbitas. Verba eius hæc
sunt: Nunc me iuua, mi Attice, consilio,
πότερον δίκας τῆς χερός ὑλίου. id est, vt tū
apertè hominem alperner & respuam; ἢ
σκολιὰς ἀπάταις. vt enim Pindaro, sic
δὴ χα μοι νόος ἀπίκειται εἰπέιν. omnino
moribus meis illud aptius: sed hoc fortas-
se temporibus. Tu autem quod ipse tibi
sua.

*Gloria eo
mes inui-
diã.*

suaseris, idem mihi persuasam putaro.

Cicadam ala corripere.

Cicadam Ala corripuisse] Respexit ad proverbiū, Cicadam ala corripisti, quod in eos dicitur, qui quecupiam minimè ex vsu suo prouocant. Est autem hoc animalculi genus mixtæ quisdam & prodigiosæ gattulitatis, maximè Sole effectuefcente.

Cicada cantus qualis.

Plinius lib. 11. cap. 26. negatijs vocem esse, sed stridorem contractus; eumq; sonum emittit non alis, quemadmodum muscæ, apes, culices, nam ijs stridor simul cum volatu definit: cicadæ si presseris alas, vehementius etiam perstrepat: Sed in pectore ait subesse duos specus, attrituq; membranæ, mobili accedente spiritu, per hos è visceribus sonum edi. Ergo quemadmodum si cicadam exacta garrulam ala prehédas, elatis obstrepet: ita si homini maledico præbeas occasionem si multatis, nõ modò non tacebit, sed & importunius obstrepet, effluet, & omnem bilem euomet, ebarrisq; illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuisse, ne quis hominem poetam sibi faceret inimicum. Et Horatius, Genus irritabile vatum, dixit. De cicadis vide porrò Valerian. lib. 26. Hieroglyph. & Cœl. Rhodig. lib. 17. cap. 6.

Quid prodest muscas etc.] quid iuuat muscas depellere. Doctum virum dedecet cum imperitis & inertibus Grammaticulis cõcertare. Alludit autem ad Proverb. Muscas depellere. cui & illud conuenit. Aquila non capiat muscas. Muscam autem importunitatis & impudentiæ hieroglyphicum esse scribit Orus Apollo lib. 1. Hieroglyph. & Perius Val. lib. 26. eam enim ut sæpius depellas, & à te submouere contendas, tanta tamen impudentia prædita est, ut identidem redire, & infestare te minimè vereatur, nullam commodotum tuorum rationem habeat, siue loquaris, siue dormias, siue bibas, siue cibum capias, siue legas, siue scribas, semper parata altat, ut in faciem tuam insiliat, infesta, importuna, incõmoda, nulli rei nisi fastidio de se cõcitando idonea. Vnde inter Deorum prælia Homerus pertinacem muscæ improbitatem proposuit, ubi ferox hostis insultat hosti, neq; quietem dat vllam, donec vultus inflixerit, & audaciæ confidentissimè munus exccutus fuerit. Sic autem apud eum legitur:

Musca improbitas.

καὶ οἱ μύσες θάσσοι ἐνὶ στήθεσσι ἐήκον, ἥτις καὶ ἐργαζομένη μάλα περ χροῖς ἀνδρῶν μύσος

Ἰσχυράα δακίον, λαρὲν τὶ οἱ ἀπὸ δὲ θράνη.

Quod sic vertit Franciscus Sanctius: Es musca audacis vim illi in præcordia misit,

Quæ quamuis de polle hominis sit sæpe repulsa,

Afflit, exoptas humani sanguinis haustus. Sed cur muscæ tam impudenter sæpe ab actæ reuolent, alia solet assignari causa, præterquam quæ ab Homero tradita est; quod videlicet sint obliuiose, nec satis meminerint quanto ex periculo paulò antè se subduxerint. Astipulari videtur Plutarchus Symposiac. Duo, inquit, sunt animantium omnium, quæ nostro vtuntur hospitio, musca & hirundo, quæ nulla queunt arte cicurari. Musca ne molesti quidquam patiat, prehensari horret; hirundo suapte natura hominem odit, &c.

Philon Iudæus in vita Mosis loquens de Cynomyia: Cui veram, inquit, appellatiõnem imposuerunt periti nominum, vt errant sapiētissimi, composita è duobus impudentissimis animantibus, musca & cane: altera vincētē omnes volucres temeritate, altero omnes terrestres quadrupes. Accurrunt enim intrepidè, & si quis arceat, nõ cedūt pernicacia, donec fatientur carnibus & sanguine. At cynomyia particeps amborum audaciæ, mordax & insidiosum est animal: nam è longinquo cum stridore in teli morem, magnoq; impetu aduolat, infixaq; cuti hæret pertinaciter. Meritò igitur viro sortis est odiosa musca, & sapienti atq; prouido temeritas. Quapropter Hercules muscas de suo scello abegisse dicitur, Myiodesm quem vocabant eorum Deum imprecatus: quem Beelzebub demoneum fuisse scribit D. Hieronymus.

Operose, flabris] Flabra propriè dicitur de vi ventorum. Eius tamen vocabuli diminutiũ Flabellũ, accipitur pro instrumẽto, quo sic ventilatio per æstatem ad corpus refrigerandũ, vel etiam muscas abigendas. Marciali dicitur Muscarum, Græcis μυροσβη. Teren. Eunuchor: Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito.

Ne ligere est satius, etc.] γυῖον. Non est quòd laborem impendas, vlt te excrucies in eo vel persequendo vel fugiendo, quod vitate nullo modo possis.

Cur musca sapiens abacta redeant.

Philon Iudæus de cynomyia.

Myiodes Deus muscarum Beelzebub.

Flabellũ.

IV.
Inuidi
nunquam
desunt vi
vis corda-
tis.

FIT non raro, vt inuidis linguis, & exitiali maledicentia: veneno armati, probos ac integræ vitæ viros, nõ obliqua, sed recta via, ac ratione ad honores & dignitates tendentes euertere, & omnibus bonis exuere tentent: quod forsitan etiam à masæ feriatibus nostro Alciato cõtingit. Vnde legitima causa motus aduersariis suis breuitibus, sed aculeatis verbis respõdet. Etenim cõtumelia & obrectatio sæpe animis tranquillissimis patientiam extorsit, ait Seneca. Quare ferendum eum putamus, qui pudorem suum purgat. Sic Comicus prologo Andriæ:

*Si mihi pergat quod volet, dicere, quod non
volet, audiet,*

Beneficijs si certasset, audiet bene.

Desinant maledicere, maledicta ne noscunt sua.

Hieronymus id imitatus, ad Rufinum: Si dixeris quæ vis, peius audies. Quod memimus vsurpatum Plauto: Contumeliam si dices, audies. Er quid tandem? difficile est iustum dolorem temperare, l. si adulteri 3 8. §. imperatores. ff. de adult. Quin & veterem ferẽdo iniuriam inuitas nouam, vt apud Gellium lib. 6. ex Mimo quodam vetere.

Qualibet extinctos iniuria suscitât ignes.
ait Ouidius 3. Artis. Ingenuus animus difficulter admodum contumeliam patitur, licet leuius fiat patientia quod corrigi nõ potest. Verùm strangulat inclusus dolor, & pressum enecat, nec satis habet virium, vt par esse iniuriæ ferendæ possit. Homines certè liberaliter instituti cõtumeliam impotentius ferunt, quæ sit illata à contempro quodam & inerti conuiciatore: cum quo congredi vel turpe sit, vel indignum putetur, vt apud Ælian. in 14. Variar. histor. Aristides Loerensis morsus à muscica Tartesia, dixit, se dolere vt qui

maximè, quod moretur à bestiola tã contempta ictus: multo quæ honestiorẽ mortẽ fuisse, si id sibi obtrigisset ex morsu leonis vel pardalis. Itaque acerbius causam mortis, quàm mortẽ ipsam ferebat. Huc Cynici refero non inuitas & impudentia muscas, qui importunitate & impudentia muscas perbellè exprimunt. Nam quod molesti essent cõtra ciuiles mores omnia deridendo, plurimorum testimonio clarum est: quod verò & impudentes, vel vnus Diogenis improbũ facinus indicat, qui vel in medio foro, spectante populo, hominem (vt ipse iactabat) plantare non erubuerit. Sed hæc omnium scriptis mandata sunt. Malim ex eo Emblematis argumento elicere id, quod legitur apud Pinium iuniorẽ, Recta ingenia debilitari verecundia, peruersa confirmari audacia: etenim vsuuenire solet, vt quod quis imperitor est, sit eò iactantior & sui confidentior. Hoc Græco etiam axiomate confirmatur: *ἀμαθία μὲν θάρσος, λογισμὸς δ' ὀκνον φέρει.* Imperitia quidem audaciam, eruditũ verò rerum examen timiditatem affert. Exemplum habemus satis notum in Zoilo Amphipolitano, Polyeratis auditore, qui ob genuinam maledicendi libertatem canis Rhetoricus nominatus est: Is enim cum nõ solum in Homerum, Platonem, aliosq; præclaros & magnos viros styllum stringeret, sed vbiq; litibus & perniciosis etiam contentionibus operam daret, rogante quodam erudito viro, quare omnibus malè loqueretur: Quotiam, inquit, malè facere cum velim, non possum. Exprimat autem omnium maledicentium & detractorum personam Zoilus, qui dum non inueniant, qua ratione factò lædant, dentibus inanibus & lingua amarulenta in bonos inuehuntur. Nunc à muscis ad canes.

Cynici
muscis
miles.

Zoili
ma-
ledicentia.

Turpe est
cum in-
si congre-
di.

